

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium -  
Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. V.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](#)

XX. supremum dignitatis et potentie in terris fastigium  
erexit, reverantibus ipsis Imperij Rom. Majestatem  
Supremam, quem Berchtoldo offendebant magis, quam  
innumerant: nimis cum oblatu illi aliquando  
corona sum a Pontifice, sum ab Electoribus fuit, sed  
ob ipsiusmet Tergiversationem non imposita, ut suo  
loco memorabimur.

### Cap. V.

Habsburgi Comites Principum tum au-  
striacorum, tum Badensium progenitores,  
non aliunde, quam ex Alsacia  
Ducibus.

Hic inter scriptores rerum Habsburgo-Austriaca-  
rum bella et collisiones, non quidem armorum, sed cala-  
morum, sunt, qui velint, a Patricio Romano, montis  
Aventini Comite, Petri Leonis filio ab Italia pulso  
et apud Helvetos exilante, Castrum adificatum  
eique nomen Aventiurgi impositum; quod deinde  
ob orto vocabulo Abersburgum dictum sit. Inde hanc  
et ab Helvetio, aspirationum amantibus, Habsbur-  
gum dictum sit. Inde horum Comitum Originem  
enumerat Buccelinus tres supra triginta hujus opinio-  
nis Sectatores, atq[ue], restare adhuc alios, qui tamen  
de tempore, qua haec gesta sint, discordant, alij an-  
Salutis 1555. alij 1570. designantes, non absque in-  
signi nominio dudum ante tum ludis equestribus,  
tum seruis cum hoste congressibus, et magnis rebus  
gestis celebratissimi, injuria; qua in re etiam  
Guillimanni obstinata persuasio videtur aliis,

quod ante conditum a Ragnathone comite circa 33.  
an. 1026. vel 1024. novum in Ergovia Habsburgum  
neminem Conitem Habsburgum, sed Vindonissa vel  
Altenburgi Comites dictos sive contendat, et non  
tantum charsis, sed et Saxis reclamantibus aures  
obduret: Sic et in designando familia capite Velibaldo  
quodam, per obsecus lubricius, indicis reperio,  
idem Guillimanus sibi soli sapit, ad stipulatorem inve-  
xit neminem. Plures in suam sententiam traxit Abbas  
Trithemius ab Sigiberto, Austrasio Theodeberti Regis  
filio exule, et regni paterni extorsi precario denum  
aliquam terram portionem trans montem fieram aeglo  
familiae huic initium datum asperens, ejus enim aut  
filium aut nepotem Osbertum, ejus nominis I. Habsbur-  
gus et Altenburgij Comitis titulum adsumpsisse, ita  
ut ex Francorum Regibus Merovingis petenda origo  
sit. Aeriter impugnantur isti a Gallis praesertim  
Scriptoribus, per negantibus, quemque ex Theodeberti  
liberis, furentio avia Brunehildis ira effugisse, om-  
nes ad unum interneccione deletos, de Sigeberto serva-  
to et profugo fabulam esse.

Vanum prorsus litigium, bellum a Domus austriaca  
Studiois frustra suscepimus, nam, ut mox videbimus,  
de veterissimis Habsburgiis nihil ad nos, non de Osberto I.  
non de II. non de III. quidem, unde illi sint Merovingia-  
da nec ne. Sigeberti an Velibaldi, verum nostrarum  
nihil interest; aff IV.<sup>us</sup> denum ad nos pertinet Osbertus,  
trium priorum nec filius, nec nepos, imo nec agnatus,  
quod sciam, sed affinitate sat remota, non nihil at-  
tingens, inge expirantis et prole mascula destituta.

32. antiquioris illius familie Habsburgica nomen pariter et opes adoptione sucedens; hic, inquam, ad nos pertinet, et sicut interest, quis ante adoptionem istam fuerit. Dicimus autem Alsatia comite sui habuisse patrem, avum, proavum, ejusdem Alsatia Duces. Auctorem postulas? Gabrielem Bucelinum damus supra laudatum, non afferentem tantum, sed et probantem ex Monasterij D. Trudperli monumentis nam in genealogica Germaniae notitia p. 18. in priorum eius loci scriptarum annotatis reperisse se dicit, primorum Habsburgiorum Genealogiam ac seriem descriptam, qua in oberto eius nom. III. Ciusus filia Hilfrude definat, ibique disertis verbis dicens: Aqui prii fuerunt Comites de Habsburg, fundatores primi Monasterij S. Trudperli, qui ibidem sepulti cernuntur, in quibus et horum prima mascula proles defecit. Idem alio loco haec notavit: Amprinctus post se reliquit unicum filium Obpertum hujus nom. III. qui et ipse unicam filiam Hilfrudem habuit, qua Duci Luitfrido hujus nominis primo, Adalberti Alsatia Ducis filio nupta fuit: qui Luitfridus cum ea nulla problem suisset, quatuor filios Ducis Alberici: fratres suis adoptavit, videlicet Obpertum hujus nominis quartum, propagatorem Kirpis Habsburgensis, Augopertum, et Eberhardum, et Theobaldum, Comitem Gyretarium primum.

Ioannes Pugnius in antiquitatibus Vogasi l. 4. c. 15. de avo hujus Obperi Habsburgij sua lingua sic scribit: le Due Etto: d' Elsace: avoit encor un fils nomme Alberic, lequel eut de son mariage quatre fils, savoir

Hubert, Osbert, Eberhard, et Thiebaud: lesquels  
avoient pris alliance par mariage avec filles de Mai-  
sons et des quels sont descendus plusieurs Comtes, qui  
auront eu le surnom de Habsbourg, et autres Seigneuries.

Manet itaqz fixum firmumqz, quod Habsburgij illi,  
ex quibus Principes sive Austriae, sive Badensis  
descendunt, avita domo Alsaci i fuerint, quodque  
Osperius, qui Habsburgij nomen adoptatus assumpsit  
patrem habuerit Albericum, avum Ethonem, proavum  
Ethiconem D. Odiliae: quam sanctarem venerantur Al-  
sato: parentem, omnes Alsatia Ducum titulum con-  
spicere.

## Cap. VI.

Alsatici Duces ex prima et antiquissima Fran-  
corum Nobilitate Agilolfingica, id est, ex pri-  
scis ejus gentis Regibus paternum genus  
derivante.

Franci olim Germaniam incolentes, antequam in  
Gallias transierunt, cum essent bellicosa gens, et non  
a Romanis tantum, sed plurimis undique hostibus impe-  
terentur, ipsique multos ultra lacerperent, perpetuo  
in armis esse coacti regale sceptrum non nisi viris  
ad belligerandum idoneis comitabant, ac si quis Rex  
vita functus filios quidem posse reliquistet, sed quar-  
tum et vicesimum etatis annum nondum ingressos,  
si successione excidebant, regiumqz Diadema ad ali-  
quem ex patribus vel agnatis, cui iusta non deficeret  
etas, transferrebat, illis autem sic exclusis preci-  
pius nihilominus honor: tanta erat regij Sanguini-  
ris reverentia: habebatur, sumis Praelecturis ad